

Mythologia, Venise, 1567 - IV, 16 : De Horis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[46\] : De Horis](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 16 : De Horis](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 17 : Des Heures](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 16 : Des Heures](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IV, 16 : De Horis, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 01/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/850>

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination129v°-130v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Heures](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologia.

- ius vi radiorum vbertas agrorum & omnium rerum nitor exoritur. sunt illæ tres sorores creditæ, quia triplex est utilitas agriculturæ, è cultu agrorum scilicet, arborum, & animalium; quare illa nomina merito data sunt Gratiis. Est enim *Θάλα* amæna arborum pullulatio, quippe cum *Θάλα* pullulare significet, unde Thalia ducta est. Aglaia splendor est, & Euphrosyne lætitia, quæ ex agrorum cultu & vbertate dominum afficit. Hanc Aglaiam Vulcani uxorem dixerunt, quia splendor etiam sit e singulis artibus proveniens. alii Pasitheim unam Gratiarum pro Aglaia esse dixerunt, quod ad gregis aut iumentorum huc illuc cursitantium lætitiâ spectat; nam *Πασίτη* currere significat *πασίτη* quoniam. Illæ dictæ sunt beneficiorum Dææ, quoniam sine fertilitate agrorum nemo dives, nemo munificus esse potest. Dux illarum nos respiciunt, cum una avertatur, quia multiplex est messis & terræ liberalitas, quæ tantum frugum aceruum pro exiguo seminum cumulo red diderit, si coeli clementia ita patiatur. Neque placet illorum sententia, qui dicunt pro acceptis beneficiis duplicem gratiam referre convenire; quoniã viri boni multiplicem referunt: at mali non modo nullam, sed iniurias plerunque pro acceptis beneficiis facessunt, quidam enim cum gratias referre nolunt, tum demum se liberos fore arbitratur, si aliquam iræ simulationem inueniant, atque is non vir bonus plane est, sed gratiarum venditor & mercator, qui facit beneficium ut duplex referat. Has virgines putant, quia honestissimum est lucrum è rebus prædictis, neque tamen nudas omnino illas esse cõcesserim, quia nemo nisi insanus, aut Deus optimus & omnium pater nulla spe oblatâ est munificus. nam quæ in Deo laudabilis est munificentia & liberalitas, illa stultitia est in homine, nisi cum prudentia fuerit coniuncta. vocatæ postea sunt Charites non solum illæ superiores, sed omnia, quæ iucunda viderentur, gratias continere, quasi lætitiâ dicta sunt; ut in his inquit Musæus;

Πάλλας δ' ἐκ μάλιστ' ἤρπεντο βίον, αἰδὲ παλαιὰ
 Τρεῖς χάριτες φέροντες περικλυταί. πρὸς δὲ τὰς ἑρπύ
 ἐφ' ἄλγεα γαλέων, ἑκατὸν χάριτας τ' ἔδωκε.

30
 Tres charites prisce falso dixere; fluebant
 Nam charites plures è membris: unus ocellus
 Ridens florebat centum, vel pluribus, Herus.

40
 Quid igitur sibi per Gratiarum inventionem voluerunt antiqui? homines ad pacem & ad probitatem hortabantur, quoniam ex his, per divinam bonitatem, quæ semper viris bonis est propensa, omnia commoda, omnes divitiæ, omnis tranquillitas in humanum genus manaret. atque ita homines ad studium honestissimum agriculturæ hortabantur. Verum cum iniuriæ & avaricia omnia recta consilia subvertissent, omnemque vitæ tranquillitatem, & agriculturæ studium profanassent, has terram reliquisse inquit poetæ; quas cum ad privata negotia quidam detorsissent, spoliarunt, nudas ostenderunt, multisque iniuriis affecerunt, & ridicula quædam de illis cõfinxerunt, quæ illis explananda relinquimus. nunc verò dicamus de Horis.

De Horis.

Cap. X V I.

DE Horarum parentibus & nominibus, nulla est dubitatio, aut certe perexigua; cum omnes propè scriptores consentiant illas è Iove & Themide

Themide natas esse inter quos fuit Hesiod. qui in Theogonia ita scribit;

Διὸς τε καὶ Ἥρας θυγατέρας Ἑσίοιο, καὶ Τιμῆς Ὀρας.

Eunomia et, Dike et, et Themidis θυγατέρας.

καὶ τῆς Ὀρας καὶ τῆς Τιμῆς θυγατέρας.

Inde Themim rursus ducit, sibi quæ parit Horas.

Eunomiaque; Dicensque, Irenem deinde vigentem.

Maturare quibus curæ est mortalia facta.

Orpheus non solum ex iisdem parentibus sed etiam verno tempore natas esse dixit in his;

Ὀρὰ θυγάτηρ Διὸς καὶ Ἥρας, καὶ Πύλοιο ἀνέκτι.

Εὐνομία τε, Δίκη τε, καὶ Ἥρατος Πανόλβη.

Εἰρήνη, καὶ Ἄνθρωπος, καὶ Ἄνθρωπος.

Et Iouis & Themidis Horæ de semine nate.

Eunomia, atque Dike, atque Irene Dices: & omnes

Florentes, vernæ, præti velamine lætæ.

Pausanias in Bæoticis non hæc, sed alia Horarum nomina attulit longe diversa; vocauitque aliam Carpo, aliam Thalloten, alterius nomen non dixit. nam καρπὸς fructum significat, & λαλὸς pullulare; quas idcirco ἡμετέριαι siue fructíferas vocauit Aratus in his carminibus;

Ἐν τῷ, καὶ λαλὸν φέρουσι θυγατέρες Πύλου.

Παύρ' ἡμετέριαι Ὀρæ, καὶ ἡ Πύλοιο θυγάτηρ.

Κυάλη, ἀνέκτιται Πύλου ἡμετέριαι Ὀρæ.

Per duodena redit mundi Sol aureus astra,

Deducens annum; dum circolo labitur illo

Fructíferæ semper crescunt, augentur & Horæ.

Has portas cœli seruare dixit Ouid. in primo Fastorum;

Præsideo foribus cœli cum mitibus Horis.

Has & molles habere pedes, & omnium Deorum tardissimas, & noui semper aliquid afferre ita dixit Theocritus in Syracusiis;

Μοῖν' ἀνδράσιν μαλακὰ πόδια ἔχουσιν Ὀρæ.

Βαρέσται μακάρον Ὀρæ πόδες, ἀλλὰ πρὸς τὰς

Ἐρχόμεναι πάντα βροτέων ἀνέτι φέρουσι.

Mollibus hinc Horæ pedibus uenere secundo

Post decimum mense, vt gratæ tardissimæ at illæ

Sunt superum; ac noua ferre solent mortalibus usque.

Homerus libro quinto Iliad. non solum portas cœli seruare, sed etiam nubes inducere, & serenum facere cum libuerit, inquit: quippe cum apertum serenum cœlam nominent poætæ, at clausum tectum nubibus. sic enim inquit;

Ἀνέμματα δὲ πύλαι μὲν κλειόμεναι, καὶ ἔχουσιν Ὀρæ.

Τῆς ἑστέρης τῆς πόλεως τῶν ποταμῶν τῶν ποταμῶν

ἔχουσιν ἀνέμματα ποταμῶν τῶν ποταμῶν.

Sponte fores cœli paruerunt, numine seruant

Quas Horæ: queis cura polus, regioque; superna est.

Nubila quæ pellunt, quæducunt nubila cœlo.

Nam Horæ dictæ sunt ἑστέρη, quod custodire significat: illæ enim & cœlam, & humanam diligentiam seruare dicuntur, & fauere diligentioribus ac studiosis. Dicuntur Iouis & Themidis filiæ, quoniam cum hilaritas

κ κ α

& lætitia

& lætitia ex agrorum fertilitate sint Gratiæ, Horæ fructus ipsi sunt, quas semper sere poëtæ unâ cum Venere, ac cum Gratiis semper certè coniunxerunt. Hæ igitur iisdem artibus quibus & Gratiæ nascuntur, cum Themis sit æquitas, ut *viata* lex. Nam & Leges, & Iustitia, & Pax, quæ nomina sunt Horarum, filatinè proferantur, cultum agris inducunt; cum bella, iniuriæ, contentiones omnia populentur. Hæ igitur nascuntur ex observatione rerum diuinarum ac legum ciuiliū; quoniam cum Themis sit æquitas, in animis hominum ab ipsa natura insita, diuinum est principium, vnde leges originem ceperunt. cum Iupiter aeri temperiem impertit, diuina clementia viris bonis scilicet. nam rerum omnium abundantia comes est probitatis, ut annonæ penuria scelerum & impietatis est afflicta: neque ullum ferè est speculum illustrius malitiæ vel bonitatis hominum, aut diuinæ in nos iræ, quàm temporum vicissitudines. Id significare voluerunt antiqui, cum Horas cœli portis præfisse dixerunt, quæ pro arbitrio & nubes inducerent, & cœlum serenū facerent, & omnibus temporibus moderarentur.

10

atque ut summam dicam, nihil aliud per hæc significabant antiqui, nisi quia propter peccata veniunt aduersa. verum

20

quid essent Horæ, & quod semper cum Gratiis coniunctæ sint, & cur Venerem sequerentur, ex his manifestum esse arbitror, & quod per has proposita rerum omnium copia, quam à diis immortalibus cōsequemur, ad probitatem nos hortabantur, & ad Deorum cultum, de quibus hæc dicta sufficiant.



30

Op

NATALIS